



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno CCCXIV. ad annum CCCXLVI.

**Parisiis, 1644**

LX.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15072**

L VIII.

Non oportet in domibus oblationes ab Episcopis siue presbyteris fieri.

L IX.

Non oportet ab idiotis psalmos compositos & vulgares in Ecclesiis dici, neque libros qui sunt extra Canonem legere, nisi solos Canonicos noui & veteris testamenti.

L X.

Quæ autem oporteat legi, & in auctoritatem recipi, hæc sunt: Genesis mundi, Exodus Ægypti, Leuiticus, Numeri, Deuteronomium, Iesu Naue, Iudices, Ruth, Regnorum libri quatuor, Paralipomenon libri duo, Esdræ duo, Liber psalmorum 150. Proverbia Salomonis, Ecclesiastes, Cantica cantorum, Job, Hester, duodecim prophetæ, id est, Osee, Amos, Iohel, Abdias, Ionas, Michæas, Naum, Habacuc, Sophonias, Aggæus, Zacharias, Malachias. Item Isaia, Ieremias, Ezechiel, Daniel. Noui autem testamenti: Euangelia quatuor, secundum Matthæum, secundum Marcum, secundum Lucam, secundum Ioannem; Actus Apostolorum: Epistolæ Catholicæ septem; Iacobi vna; Petri duæ, prima & secunda; Ioannistres, prima, secunda & tertia; Iudæ vna: Epistolæ Pauli Apostoli quatuordecim: ad Romanos, ad Corinthios prima & secunda: ad Galatas, ad Ephesios, ad Philipenses, ad Colossenses, ad Thessalonicenses, prima & secunda: ad Timotheum, prima & secunda: ad Titum, ad Philemonem, ad Hebræos.